

nullitatis proposita contra sententiam, non currant tempora ad appellandum, ut latius supra diximus hoc capite à n. 130. itaque utro velit pars remedio uti, liberè poterit, uberius tamen in hoc casu erit appellationis, ut statim probabimus.

224 Et quòd ad repositionem excessus, appellatio regulariter non fit de necessitate proponenda, indissolubili probatur fundamento de necessitate: etenim, & essentia appellationis est, de minore ad majorem provocare, cap. anteriorum 2. q. 6. l. 1. §. si quis in appell. ff. de app. aded

225 ut appellatio interposita à majori iudice ad minorem, vitietur ipso jure, aded ut consuetudine non id introduci potest, ut ex Nicell. Card. Jacob. Fel. Marant. Rebuff. Decio Mandos. Marehes. & aliis pluribus resolvit & prosequitur latè Sc. tr. de app. q. 2. n. 5. cum seqq. & supra à n. 1. sed iudex ordinarius, qui in causa delegata minor est Principis delegato, c. sane 11. de off. deleg. cap. pastor. de offic. at ordinarius potest omni jure reponere, & revocare excessum gestum per eundem delegatum Principis, prout latius infra probabimus hac 4. q. c. 4.

228 per totum, ergo de primo ad ultimum factum est, ut ad repositionem excessus non sit necessaria appellatio, sed aliter per viam querelæ & nullitatis possit reponi, ut dictum est.

229 Unum tamen erit animadvertendum, quòd licet non sit necesse appellare ab excessu, quia est nullitas, tamen utiliter in hoc articulo appellacionem ab eo interponere ad hunc effectum, ut executor ulterius de fido non procedat ad excessum actualem executionem, quam doctrinam mirabilem tradiderit Hostiens. quem referens sequitur Abbas Panorm. in c. quoad consultationem, n. 26. quem vide, quia mirabiliter loquitur, & Anton. de Butr. ibi n. 2. §. de re iudicata, sequitur Casar. Contard. in l. unica, limit. 19. ratione excessus, n. 38. 39. & 40. c. si de mon. poss. & per Abb. idem firmat Vincencius Caroc. in tract. de exception. exceptione 44. num. 93. prope fin.

230 Et ratio est evidens, etenim nullitas de per se, & simpliciter proposita, sive principaliter, sive incidenter & per viam exceptionis, non operatur sententiæ suspensionem, nec impedit ejus executionem. Rot. dec. 30. alias 280. licet per viam de except. in novis, & post alios Franc. in c. dilecto 63. n. 32. q. 10. Card. Alex. in 66. & in specie n. 72. 73. & 74. de appell. Vant. tract. de null. rubr. quot. & quibus mod. nul. & c. sub n. 29. fol. 180. Vitall. tr. de iust. nihil novari appell. pendem. in pr. & n. 1. Casar. Contard. in l. uni. limit. 7. sub n. 17. & 19. c. si de mon. poss. Rebuff. tract. de sent. provisori. 1. glos. 9. n. 7. 10. 1. hancque communem latè prosequitur, & defendit Lancelotus Robert. de attent. 2. p. c. 17. n. 17. 18. 19. & 231 seqq. & esse veriore, & communiorem testatur ibi num. 32. Scac. de app. q. 16. rem. 1. concl. 4. à num. 1. cum seqq. ubi ampliat, & limitat, qui loquantur in nullitate & querela principaliter, & per viam actionis in iudicium deducta.

232 Et quòd idem fit, quando proponatur per viam exceptionis & incidenter, probant, Card. Alex. in c. dilecto 63. n. 71. vers. facite ergo regulam negativam, de app. Corneus cons. 408. in hac consultatione n. 2. vers. sed his non obstantibus, & n. 3. lib. 3. Socin. reg. 121. exceptio nullitatis, Rip. in l. 4. §. condemnatum n. 14. fall. 2. ff. de re jud. fol. 36. & Covarr. in pract. q. 25. n. 1. & 2. latè per ampliationes, & limitationes prosequitur Sc. de app. q. 19. rem. 1. concl. 5. à n. 1. qui n. 23. & seqq. limitat in nullitate notoria, & evidenti ex actis & in nullitate sententiæ irretactabilis, & in nullitate ex defectu jurisdictionis.

234 Eiusdem etiam naturæ & effectus est nullitas & excessus per querelam deductus, ut non suspendat, quia idem quod de nullitate diximus, locum habet in querela, ita probat Scaccia de app. q. 19. rem. 3. sub n. 3. ubi etiam reddit rationem, quia paria sunt dicere de nullitate, & adire per viam querelæ, secundum Fel. in c. li-

teris 9. sub n. 5. declar. 4. vers. & nota de off. & potest. iud. deleg. ita etiam querela eundem effectum operatur, 235 quod supplicatio, quemadmodum ista non suspendit effectum executionis, ita nec querela; latius post alios 236 prosequitur ipse Sc. ibi n. 30. cum n. 27.

At quando excessus, & nullitas deducitur simul cum 237 appellacione, seu per viam appellacionis, tunc indubiè impedit executionem sententiæ. Vantius in tr. de nulli. rubr. quot. & quibus mod. nullitas, & c. n. 34. vers. prout etiam, n. 380. Lancel. de attent. 2. p. c. 17. sub lim. 2. n. 28. Cas. Contar. in l. uni. limit. 7. n. 53. vers. cautius, & n. 54. c. si de mon. poss. Sc. de app. q. 16. rem. 1. concl. 4. n. 92. qui probant tunc dici attentata, & ut talia esse omnia revocanda Covar. in pract. qq. 24. sub n. 8. vers. sed & verum. Phil. Franc. in c. dilecto, sub n. 2. q. 10. de app. qui reddunt 239 rationem, præcipue Vanti. Sc. Contar. & Lancel. quia nullitas sic proposita assumit vires, & naturam appellacionis, ejusque natura vestitur: & quòd per viam appellacionis deductus excessus suspendat executionem est text. expressus in l. ab executione, ibi, à quo si fuerit appellatum executione suspensa, putamus, & c. quorum appell. non recip. & ex nonnullis Doctoribus probavimus supra hoc eodem c. 3.

Maximè, quia à sententia nulla potest appellari, se 240 eundem magis communem receptiorem, & magis practicabilem opinionem, ut tenent Innoc. & Joan. Andr. quos refert & sequitur Philip. Franc. in c. dilecto 63. q. 7. sub n. 15. de app. communem dicit Raph. Cum. in l. si expressi, n. 19. ff. de app. Alex. cons. 59. viso tu, sub n. 16. lib. 4. de communi testatur Brededo. tract. de app. p. 1. tit. 12. col. 38. liter. D. vers. contrarium, latè prosequitur eleganterque Sc. de app. q. 17. limit. 19. per totam, fol. 455. & ex text. in d. c. si expressi, & d. l. ab executoribus, de app. recip. quia non est sublata facultas appellandi, sed ne 241 cessitas, & de pluribus mirabilibus effectibus hujus appellacionis videndus Scaccia, post multos Doctores ubi proximè à n. 8.

Ex quibus quidem evidenter apparet præcisam non 242 esse appellacionem ad revocandum excessum, tamen utilis esse, prælativusque remedium, ut appellacione ab eo ad effectum suspendendi, maximè cum omnino necessaria sit, ad hoc ut possit oppressus per viam violentiæ recurrere ad Senatuum Regium pro delatione, & repositione, cum aliter non possit deficiente præcilio, & legitimo fundamento, ut non latius sæpe diximus, & superius hoc capite, & quòd à sententia seu actu nullo liceat appellari, vide quæ nos latius 3. p. c. 9. à n. 223.

Prædicta tamen nostra resolutio, ut appellatio ab 243 excessu non sit necessaria (cum sit nullitas) fallit in excessu executionis ratione causæ; qui talis est quando excluditur exceptio admittenda, vel admittitur reijcienda (juxta ea, quæ latius diximus hac 4. p. c. 7. à pr.) ut probat Casar. Contard. in repet. l. uni. limit. 19. ratione excessus sub n. 5. c. si de mon. poss.) quia, si executioni legitimam exceptionem oppositam executor reijciat, pars omnino debet ab hoc excessu appellare, alias transibit in rem iudicatam, quia hujusmodi excessus & reijctio fit contra jus litigatoris, non contra jus constitutionis, & jus publicum; ita eleganter docet, & distinguit Abb. Panormit. in d. c. quoad consultationem, n. 24. ad fin. & n. 25. de sent. & re jud. Paul. Castren. cons. 288. in pr. lib. 1. quos referens sequitur Cas. Contard. in d. l. uni. d. limit. 19. sub n. 6. Abb. autem ubi supra, benè loquitur videndus.

Hinc etiam est, quòd pulchrè dicitur Felin. in c. pasto 245 ral. §. quia verò non. 17. vers. executor merito, de offic. deleg. post Abb. in c. de catero, col. 4. in fin. §. vers. possit tamen sic distingui, de re jud. quòd si fuisset oppositum executioni de nullitate sententiæ patente ex actis, & à reijctione non appellaverit opponens, non poterit postmodum illam iterum opponere, & sibi imputet, qui

qui tunc non appellavit, sequitur Afflict. in consili. Regni proavio post prælud. n. 52. Gratian. discipuli. forens. c. 146. num. 8.

246 Pro qua facit ratio, quem reddunt DD. firmantes ordinis omissionem respicientis utilitatem partis dumtaxat, non reddere nullam executionem, sed permittere parti appellacionem, ut post alios latè Gratia. discipuli. forens. c. 353. n. 13. & nos alibi diximus suo loco. Faciunt etiam plurimæ doctrinæ adductæ per Hier. Gonz. in reg. de alter. gl. 56. à n. 48. usque ad 109. & Gratia. c. 301. à n. 40. qui n. 44. post Aymon. cons. 248. n. 2. 3. & 4. dicens, quod non sufficit opponere, seu contradicere exceptionem oppositam, nisi etiam à receptione per iudicem opponens appetlet; pulchrè & latius Felin. in c. inter monasterium sub n. 23. col. 14. vers. temporam tamen usque ad f. de re jud. Aret. in l. naturaliter, §. nihil commune, de aq. poss. ideo per doctrinam hujus limitationis temperanda est omnino regula à nobis supra posita hoc capite, ut excessus executionis sit nullitas, ut non procedat in hoc genere excessus ratione causæ, hoc est, exceptionis non admittæ, quia tunc excipiens omnimodo tenetur appellare.

CAPUT IV.

Pro executoris excessus repositione, & appellacionis cognitione, iudex quis competens adandus, & an ab ordinario Ecclesiastico reponere volente excessum, factum ab executeore Apostolico, seu alterius iudices superioris; appellacioni interjectæ hæud deferens, an vim faciat?

SUMMARIUM.

- 1 Ab executeore non appellatur nisi claustra & limitis commissionis excedat, & tunc nisi semel.
- 2 Ab excessu appellatio ad superiorem mandantem proponenda est.
- 3 Cognitio an sit excessum à commissione, spectat iudici à quo emanavit commissio.
- 4 Executorialium executor Pape si nudi facti executionem alicui committat, & ita excedat, potest de excessu cognoscere.
- 5 Sententiam à se latam si idem iudex exequatur nuntio missa ab eo excedente mandatum, ad iudicem mandantem pro repositione recurrendum est.
- 6 Nuntio exequentis prout in mandato, erit recurrendum ad mandantis superiorem, & de ratione.
- 7 A iudice requisito excedente in executione ad quem sit recurrendum & appellandum, remissive.
- 8 Appellacioni à superiori mandante cognoscere de excessu executoris sui non esse deferendum.
- 9 Ab ordinario reponere volente excessum executoris Romanæ Curie appellacioni emissæ an sit deferendum?
- 10 Executoris potestas commissionis tenore est circumscripta, & que tantum valet quantum sonat.
- 11 Executoris intelligitur prohibitum omne illud quod claustra commissionis excedit.
- 12 Potestas sententiæ executoris commissæ certis finibus concluditur.
- 13 Executor superioris in excessum remanet privatus & subiectus correctioni jurisdictionis ordinariæ.
- 14 Executor Superioris quantum commissionis limites egreditur, tantum alienos scilicet Ordinarii intrat.
- 15 Iudices ordinarii non debent permittere executoribus Principis extra modum exequi & Vassallos ledere.
- 16 Executoribus excedentibus modum executionis resistere licet quilibet privato.

17 Excedentes claustra & limites virtutis intrant potestatem Dæmonis.

18 Executor Principis licet sit major ordinario, in causa commissæ tamen excedens, privatus reputatur & ordinario inferiori, cui resistere potest & excessum reponere.

19 Executori Pape etiam mero excedenti potest Ordinarius resistere & quilibet alius.

20 Executori procedenti in negotio sibi specialiter non commissæ potest iudex ordinarius & quilibet alius resistere.

21 Subexecutori Auditoris Camera dato ad exequendum pensionem in paribus, potest Ordinarius resistere & oppressum defendere.

22 Executor in ordinatè procedens & excedendo dicitur spoliare, qui ut privato resistere licet.

23 Iudex inordinatè procedens & extrajudicialiter, facit injuriam, & ut privatus convenitur.

24 Quod obtinet in iudice incompetente procedente etiam servato iuris ordine.

25 Et etiam si competens nulliter non procedat.

26 Executor em excedente mandatum in quantum superiorem inobedientem posse punire ordinarium.

27 Contra executoris ministros & tabelliones excedentes salarium in commissione vel lege taxatum, potest ordinarius procedere ut excessum restituant.

28 Executeorem delinquentem extra commissionem indubitate potest ordinarius incarcerare & punire.

29 Suprema Regia tribunalia vix permittunt suos ministros etiam excedentes ab ordinario corripere.

30 In iudiciis Ecclesiasticis ordinarius reponi excessum executoris ob maximam difficultatem auctendi superiorum.

31 Propter difficultatem recurrendi ad superiorem, libet iuris rigorem transgredi.

32 Ab ordinario volente reponere excessum executoris etiam Apostolica appellacioni emissæ non esse deferendum.

33 Iudex superior de excessu executionis cognoscens sive per viam querelæ, sive appellacionis, non potest se intrumittere in negotio principali, sed an sit excessus, vel non dimittat.

34 Superior cogniturus de executeore excedente ob non admittas legitimas exceptiones, non potest cognoscere de causa principali, sed dimittat an iure sint rejectæ, vel non.

35 Iudex superior cogniturus de appellacione à nullitate sententiæ, non potest cognoscere de iustitia aut iniustitia ipsius sententiæ.

36 Superior cum non possit nisi super nullitate sententiæ in rem iudicatam transmissæ adiri, non potest de iniustitia cognoscere, quia nullam acquirit jurisdictionem.

37 Super excessu superior aditus non super simplici iniustitia, non poterit de ea cognoscere, cum in libello contenta non sit.

38 Excessus est articulus separatus ab executione & executorialibus.

39 Commissio super appellacione ab excessu ad illum dimittat restringitur, ac etiam omnes ejus clausula suspensiva & inhibitoria.

40 Excessus contractum guarantee non tangit, & ideo simplex commissio datur super appellacione ab eo.

41 A cuius iudicis factio appelletur est attendendum ut sciatur quis iudex pro repositione excessus & gravaminis sit adendum.

42 A iudice qui sententiam tulit exequentis si appellatur erit recurrendum ad ipsius superiorem.

43 A nuntio iudicis exequentis adimplente tamen mandatum limitatum, non ad mandantem seu ejus superiorem appellatur.

44 Nuntius qui exequitur prout in mandato, non est qui



- gravat, sed mandans cui excessus & gravamen attribuitur.
35 Quod procedit quando appellatur specificè à facto iudicis committentis, non simpliciter à facto executoris & nuntii.
36 Si appellatur à iudice requisito exequente pro gravamine excessus requirentes, non ad istum, sed eius superiorem erit recurrendum.
37 Iudex requisitus prestando auxilium facti petiti pro executione, non est qui gravat, & sic ad superiorem requirentis erit appellandum, reddidit exemplum.
38 Ab executore seu nuntio excedente limites mandata executionis, appellatur ad iudicem mandantem.
39 A iudice requisito pro executione sententia excedente mandatum, an ad requirentem vel superiorem requisitus sit ab excessu appellandum.
40 A iudice requisito exequente iure proprio gravante appellatur ad illius superiorem.
41 Iudex requisitus pro executione sententia à iudice alterius territorii lata dicitur delegatus & executor, & ad requirentem appellatur ab eius excessu.
42 A iudice Ecclesiastico cuius officium imploratur pro executione lata à seculari, ad quem appellandum.

Cum ab executore non aliter appellari posse nisi claustra, ac limites sum commissionis excedente, & tunc nisi semel unicuique parti permitti; satis usque ad refectionem, proximo precedenti capitulo dixerimus, quis pro excessu repositione appellationis virtute sit adendum, nunc tractemus. Quod & brevibus absolvendum, cum apud omnes hoc saltem receptissimum sit, quod ab executore excedentes fines mandatae commissionis suae ad superiorem mandantem appellatio interponenda sit, cogniturum excessu (ex actorum inspectione ut ibi dixi) ad effectum reponendi ante omnia probant optimè Abb. in c. quoad consultationem n. 28. vers. sed quæro ad quem appellabitur de sententia & iud. Rebuff. in tr. de sentent. execut. art. 7. gl. 13. nu. 1. tom. 1. fol. 377. Fel. in c. pastoralis §. praterea in pr. de off. & potest. iud. deleg. Alexand. conf. 95. lib. 2. Beroi. conf. 32. n. 18. lib. 3. Lancel. Rober. de attent. 2. part. c. 12. l. 53. n. 29. dicentes, quod cognitio, an in modo in exequendo fuerit excessus, spectat ad iudicem, à quo scilicet, emanavit commissio, Scac. in tr. de app. 2. 17. l. 10. à n. 67. ubi infert ex hoc, quod si iudex datus à Papa ad exequendam rem iudicatam, & is committat nuntius seu subsecutoribus executionem meri, nuntique facti, si isti excedant, erit recurrendum ad ipsum iudicem delegatum, qui etiam Abb. & Rebuff. idem esse affirmant in nuntiis, & agnatis missis ab eodem iudice, qui tulit sententiam, illam exequente; quoniam si ipsi excedant modum mandati, ad ipsum iudicem mandantem erit recurrendum, ut secus sit quando nuntii exequantur prout habent in mandatis, non gravando, non excedendo fines eius, quia tunc reputatur factum iudicis mandantis, idè non ad ipsum, sed ad superioris mandantis appellandum erit.
7 Quando autem ipse iudex ordinarius qui sententiam tulit exequitur eam, vel quando iudex alterius territorii cuius officium pro executione imploratur, seu in auxilium defectus jurisdictionis, seu ad litteras requisitorias, ad quem sit recurrendum & appellandum, ab eorum excessibus, & gravaminibus, an ad eorum superiores, vel ad requirentes, videre potes apud eodem, late tractantes per distinctiones, & consule in super Bar. & reliquos in l. ab executore ff. de app. & in l. à divo Pio. in prin. ff. de re ju. l. ad quos se remittit etiam Parlador. lib. 2. rerum quot. cap. si. 2. §. n. 6. & nos late inferius à n. 14.

Ex quo infero, quod si appellatur à superiore executoris excedentis cognoscendo de excessu ex capite incompetentiæ & defectus jurisdictionis, non esse deferendum, & vim non fieri, erit declarandum, cum ipse de eo cognoscere rectè possit regulariter ut nos infra à num. 41.
Quid autem sit dicendum, quando ab ordinario reponente excessum executoris Romanæ Curie, Nuntii Apostolici, aut alterius Ecclesiastici superioris iudicis, appellatio interponatur, an vim facere dicetur, si ei minimè detulerit, tanquam nulliter procedens ex defectu potestatis, & jurisdictionis, in quo vim nullam fecisse, declarandum censeo, cum ad hoc sibi sit à iure attributa potestas, nec sit sua suspensa jurisdictione, eo quod sit ordinaria & minor; quæ per excessum iam suspensionem evasit; enim verò executor adeo limitatam, & circumductam habet vim potestatem, ac jurisdictionem commissionis tenore, cum tantum valeat; quantum sonet: ut omne illud quod ejus claustra, fines, limites, & regulam egreditur, sibi fiat prohibitum omnino. Petrus de Aneara. conf. 207. in q. col. 2. Angel. conf. 13. v. is. col. 2. Vantius post alios in tradi. de nullit. sent. ex defectu juris deleg. n. 9. optimè Bobadilla in polit. lib. 2. c. 20. n. 98. maxime cum potestas sententiarum, quæ executori exequenda committitur, certis finibus, & limitibus concludatur, text. in l. ex stipulatione, ubi, cum potestatem sententiarum certis finibus concludi, sæpe constitutum sit text. in l. post sententiam, ubi, post sententiam, quæ finibus certis concluditur, 6. de sent. & interloc. om. iud. ergo sub illis executor debet contineri, & concludi, cum ejus tenorem, cogatur præcisè servare, text. in l. actorum verba, ubi tenore sententia perseverante, ff. de re iudicat. & alia iura adducta c. 1. accedenti à n. 44. remanenteque sine potestate; non executor, non iudex, (ut diximus precedente à n. 56.) sed privatus, sub jurisdictione ordinarii, ejus censura, & coercitioni remissus. Quantum enim executor propriis commissionis limites egreditur, tantum alienos ordinarii nempe, incipit intrare, & illius jurisdictioni eodem passu subiectus remanere; iste est text. elegans, & expressus in l. si contra, ubi contra nostra præcepta si quisquam venito, ac temerario ausu exercere audebit, licebit provincie moderatori, eundem corruptum ad sublimitatis tuæ iudicium sub præscriptione dirigere, & licebit provinciali, si probetur obnoxius executor, contra veritatem exactionem sibi vindicare temeritatem, legitime repellere, & c. de executor. & exactor. l. aut mandatis Principum, §. inde competens, ubi dicitur, ut ordinarii iudices non permittant executoribus à curia imperiali missis iniuste, & ultra modum aliquid exequi nec in aliquo suos subditos lædere. aut. ut iudices sine quoquo suffrag. §. volumus, conducent plures doctrinæ adductæ hac 4. p. c. 3. à d. n. 56. imò cuilibet privato permittitur talibus executoribus, ultra modum exequentibus, ac formam mandati excedentibus, de facto resistere, l. prohibitum, & l. defensionis facultas, C. de iure fisci lib. 10. l. omnes, la. 1. de decurionibus, eodem lib. l. his quidem, C. qui militare non possunt l. 2. & l. devotum Cod. de metatis, l. quoniam iudices, & ibi Bal. C. de app. text. in c. iud. 3. q. 1. c. prin. quæm 28. d. ergo multo magis iudex ordinarius executoribus quos excedentes reperit in suo districtu, & jurisdictione. Pro quo facti illud divi Gregorii lib. 6. moralium: Fiant, inquit enim subito & improvisò fulgura, quos autem extra domos poenitentiarum reperunt vagantes per agros vanitatis vitæ præsentis prætercentes, & subito extinguuntur, & à demonibus eis insidiantibus rapiuntur in hora mortis, & c. quasi dicat, excedentes & egredientes limites, claustraque virtutis, intrant potestatem demonum statim.
Et insuper quod iudex ordinarius possit coercere, & reponere excessum factum ab executore missò à Principi-

Principe, seu alio quovis superiori, quia licet executor ipse, quatenus attinet ad suam commissionem & intra ejus limites, sit ordinario major, ac superior: attamen consisto de excessu, cum ejus respectu nec reputatur iustus minister superior, nec executor, sed privata quædam persona ordinario inferior, potest illi ordinarius inhibere, & resistere, & excessum reponere, gl. B. & Doctores in d. l. qui contra, & in d. l. prohibitum, c. nobilissimus 97. d. glo. in c. si verbo expensis, de rescript. lib. 6. Joan. Andr. in c. fin. de rescript. tr. novel. Archid. in c. si eo tempore de rescript. in 6. Abb. & alii, quos referens sequitur Aviles in c. 1. prator. gl. mandando n. 2. & seqq. Card. Zaba. in clem. n. 16. vers. siem non debet de off. ord. in clem. 2. super verbo notarii n. 2. de hereticis. Alex. ad Bar. in d. l. prohibitum Putens de Syndac. verbo rescripta, c. 1. num. 3. ad fin. decisio Capell. Tholof. 483. & ibi singularis additio Auferri. Boerius quest. 9. num. 5. Marant. de ord. iudic. disput. 1. per totam. A vend. in c. 2. prator. n. 12. & in c. 11. num. 9. Dueñas in regul. 190. ampliat. 8. & 11. reg. 191. ampliatio 4. Auferri. in clem. 1. n. 107. & 109. de off. ord. Socin. conf. 83. pro clarior. n. 19. vol. 4. Plaça de delictis lib. 1. c. 28. num. 9. Mexia super leg. Toleti 2. sum. 11. p. n. 30. & seqq. fol. 106. Azeved. in l. 31. tit. 6. lib. 3. recopil.
19 Et licet est, quod excecutor etiam merus à Pontifice missus, si excedat, potest ei iudex, & quilibet alius resistere, tenet in specie Alex. ad Bar. in d. l. prohibitum, C. de iure fisci, Bobadilla. in polit. lib. 2. c. 21. num. 109.
20 sub littera C, quibus etiam & non parum pertinet, quod executori procedenti in negotio sibi minimè specialiter commissio, cum respectu illius negotii, non habeat jurisdictionem, potest de facto, iudex vel privatus resistere, ita dicit Abb. in c. si quando in 2. nota. referens Innocen. de rescript. Bar. in extr. v. qui sint rebelles, super glof. verbo, rebellando in prin. Marant. in disput. 2. nu. 35.
21 & in terminis etiam, quod quando subexecutor auditoris Camerae datus in partibus, ad exequendam gratiam pensionis, excedit fines suæ commissionis, possit pars gravata recurrere ad ordinarium, ut eum ab injuria subexecutoris vexatione defendat, protegatque, testantur Gigas de peq. 70. Hier. Grat. conf. 36. per totum lib. 2. quos sequitur Flores de Menz in pract. 99. 12. num. 45.
22 Et insuper etiam probatur, quoniam executor, qui sub suæ commissionis limitibus, claustraque non continetur, sed ejus limites excedit, in excessu definit esse iudex, executor, ac inordinatè procedit neglecta forma tradita, & efficitur privata quædam persona absque jurisdictione, potestate, & extrajudicialiter procedit, cui liberè impuneque resisti potest, eum tunc spoliare dicitur, ut privatus quilibet, probant Cynus & Alberi. in l. 2. Cod. si per vim vel alio modo. Abb. in c. dilectus filius, ultimo notat. & ibi Felin. numer. 1. vers. fallit 1. de rescript. Cardin. Zaba. conf. 13. 1. colum. ultim. vers. ad secundum, & c. Brun. conf. 22. num. 2. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune n. 50. de acquir. poss. Beroi. in c. conquerente n. 5. & 6. de rescript. spoliat. Joan. Baptist. Ferr. conf. 22. n. 4. & 5. & conf. 30. n. 1. Francisc. Marc. 9. 219. n. 2. Bernar. Diaz in tradi. fallen. verbo spoliatus. Bertran. conf. 114. n. 4. lib. 4. & conf. 130. n. 4. lib. 6. Jacob. à S. Georgio in l. si devi. in fi. de iudicis. Cepolla conf. 19. n. 4. Ant. Mat. in l. naturaliter, §. nihil commune, ampliatio 16. de acquir. poss. Alciat. d. præsumpt. regul. 3. in fin. Decius in l. ut vim, num. 24. ff. de iust. & iur. Socin. in tradi. fallenia. regul. 442. fall. 2. Menoch. de recuper. poss. rem. 8. à n. 8.
23 Et quoniam quando iudex sic procedit extrajudicialiter, & ut privatus committit spoliium, & inferre dicitur injuriam, & ut alius quilibet privatus potest conveniri, l. qui injuriarum, §. qui de iur. iuncta l. nec Magistratus, ff. de injuriis. Beroi. in d. c. conquerente. Plaça d. c. 28. n. 9. Roin. conf. 153. in fin. lib. 5. Cravet. de antiquit. Salgado de Protect. Reg.

tempor. 4. p. prin. pri. 1. n. 1. & 2. Afflic. in consil. Neapol. lib. 1. rubr. 25. nu. 36. Menoch. ubi proxime, ubi à n. 13. post plures probat, hoc idem locum habere in iudice, & incompetente, procedente etiam servato juris ordine, quia is ut privatus procedere dicitur, ex Craveta consil. 302. n. 4. vers. possit etiam, procedit enim isthac doc. 25 triua, etiam quando iudex ut competens procedit, sed nulliter, ut post infinitos ab eodem Menoch. citatos probat, n. 19. & seqq.
Imò tenuerunt plures posse ordinariu punire hunc 26 executorem, excedentem formam mandati, non ut delegatum, sed tanquam inobedientem mandato superiori sui, & immemorem ordinis sibi impositi, Innoc. in c. prudentiam, §. adjecimus, col. si. ad fi. de off. delegati: ubi Abb. in c. si de rescript. Gregor. Lopez, in 47. glossa otro ninguno tit. 18. p. 3. & gl. in d. §. adjecimus, Bobadilla in polit. lib. 2. c. 21. n. 111. qui num. seq. probat idem in minimis, 27 tabellionibus executorum, excedentibus taxam salarii impositi, & sibi assignati in commissione, aut tura à lege promissum, & contra eos ordinariu procedere, ut illa restituant, probat text. in auben. ut iudices sint quoquo suffragio, §. volumus. Ripa post alios in c. si quando de rescript. A vend. in c. 2. 1. p. ubi dicit esse unicus ad hoc l. 31. tit. 6. lib. 3. & l. 11. tit. 21. lib. 4. recopil. Azeved. in d. l. 31. n. 1. & 2.
Quæ quidem minus dubitationem continent in ex-28 cessibus, & delictis factis ab executore, omnino separatis à sua commissione, prout homicidium, stuprum, adulterium, injuris facta eidem ordinario, & similibus; quia tunc ordinarius potest talem excecutorum incarcerare, & adhibita causæ cognitione, illam coercere, quemadmodum quælibet alium inferiorem subditum, de aut. de manda. Principum §. deinde competens, & aut. ut iudices sine quoquo suffragio, §. volumus. Petrus Cyn. & Bal. n. 10. in aut. qua in provincia, C. ubi de crim. agere oport. Auferri. in d. dec. 423. B. c. r. dec. 9. n. 5. Platea in l. si ex prioriano n. 2. Cod. de execut. lib. 12. Bellenci. de charit. sub q. 91. vers. 1. Joan. de Imol. in clem. 1. de off. ord. Belluga in speculo Principum rubr. 36 §. conqueruntur à n. 3. Greg. Lopez in l. 5. tit. 1. p. 7. gl. 1. in medio. Mexia super d. l. Toleti 2. fund. 1. 1. p. n. 47. Abb. in c. sane in 2. num. 3. Decius 16. Anchara. 1. Barba. 2. & alii DD. per text. ubi de off. delegati. Henricus in c. significavit. n. 3. de off. delegati.
Et quamvis suprema tribunalia Regia vix permittunt 29 suos ministros delegatos & executores, etiam excedentes cognoscit, puniri, ac incarcerari ab ordinariis, ne hac sumpta occasione vilipendantur ministri, & inde executiones impediuntur, & justitiæ ministratio minuat, ut etiam advertit Bobadilla in polit. lib. 2. c. 21. à n. 25. ubi etiam quid facere potest ordinarius, adnotat hoc casu: tamen in iudicis Ecclesiasticis à juris regula, tot iuribus, fundamentis, & auctoritatibus succitata, non est recedendum: tum etiam propter difficultatem adeundi superiorem excecutoris excedentis, qui ut plurimum è longè mittitur, ut sic cum non de facili potest ad eum recurrere, sed cum difficultate interdum magna, ordinarius reponit excessum informatum, maxime, quia propter difficultatem recurrendi ad superiorem, licitum est, etiam legis rigorem transgredi, & multaque permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Redin. de m. j. Princip. fol. 77. n. 41. verbo, sed etiam per legitimos transi. Innocen. in c. olim de rescript. clem. in clem. 1. n. 16. de off. ord. d. l. si quis filio, §. si autem, ff. de in jur. rup. B. & Doctores in l. 1. §. si plures, ff. de exercit. Abb. Felin. & DD. in c. ex parte, de constit. Aviles in cap. prator. i. gl. de rechamente n. 22. l. in l. in 71. ff. de offic. ejus cui man. Bal. in c. qualis, cassal. iura deb. fidel. in jenu. Ant. de Trigon. singul. 13. n. 5. & 6. quos consule pro casibus specialibus.
Et sic concludo in hoc articulo quod ab ordinario 32 iudice procedente ad cognitionem, & repositionem excessus



excessus illati ab executore, etiam Apotolico, appellationi emissa per eundem (eo quod careat in hoc articulo potestate, & jurisdictione) non deferente vim nullam fecisse, declarabit senatus; eique causam remittendam iterum processuro, ex hucusque probatis.

33 Illud tamen singulare meminisse oportebit: quod superior ad quem pro excessu executoris repositione recurrit per viam appellationis, querelæ, aut nullitatis, minimè se potest intrromittere in negotium principale, & executionem; sed illum dumtaxat excessum indagare, atque cognoscere, iste est text. mirabilis in l. ab execut. ff. de appell. qui dum loquitur de appellatione ab excessu commisso per executorem sententiæ perpetuam illam interpretando, inquit, ita tamen ut in causa appellationis reddenda, hoc solum quaeratur, an iure interpretatum sit, id quod etiam Divus Antonin. rescripsit. Et e. ibi etiam gl. verbo, an iure. Bart. in sum. mario, & omnes: hoc idem dixit & optimè Specula. in tit. de appell. §. in quibus, sub num. 7. citans Alber. Gal. quem refert Bal. in additione dicens, hoc tenuisse Alber. Gal. ipse in tit. de appell. vers. ult. confirmantes quòd

34 quando appellatur ab executore excedente eo quòd rejecit admittendas, & legitimas exceptiones in via executiva, superior iudex de hujusmodi appellatione cognovit non potest cognoscere de meritis principalis causæ, sed cognoscat de executione tantùm; an iure vel injuria fuerit rejecta, & in terminis nostris ut à iudice requisito, à cuius excessu appellatur, ut superior non possit cognoscere, nisi articulum excessus, nec possit appellans aliam causam addere; tenet Guido Papæ, quaest. 573. n. 2. Vincent. Caroc. exceptio. 65. n. 4.

35 Quod comprobatur ex eo, quòd de cæteris appellationibus simpliciter interpositis super causa nullitatis sententiæ dumtaxat ut iudex superior non poterit in ista appellatione cognoscere de injustitia sententiæ, de cuius nullitate tantùm agitur, sed solum super ea: ita tenet Philip. Franc. in c. directio num. 11. de appell. referens sequitur Scaccia de appell. quaest. 17. limit. 1. n. 56.

36 qui reddunt rationem, quia cum ille iudex possit adiri cumtaxat super nullitate sententiæ, ita nec poterit nisi de ea cognoscere, quia non est super injustitia simpliciter aditus, nec est hoc pètitum & sic iudex appellationis super ea non acquirit jurisdictionem, optimè Bal. in l. si ut proponis q. Capomodo & quando iudex, Franc. in c. dilecto 63. q. 10. sub n. 24. vers. sed adverte quia, Bal. de appell. Scaccia de appell. q. 11. n. 129. ergo idem dicendum erit in hoc casu, quòd tum super nullitate & excessu non de simplici gravamine, & injustitia sit dumtaxat aditus superior, minimè poterit se intrromittere ultra contentum in libello, non consentiente parte.

38 Ex eo etiam fulcitur, quoniam excessus est articulus separatus ab executione, & executorialibus. Bal. in d. l. ab executore num. 2. Gallef. in tract. de oblig. camer. tit. de liquid. c. ex dictis n. 11. Marquesa. in tr. de commiss. 1. p. cap. 24. n. 28. in fin. & num. seq. ubi dicit, quod hujusmodi commissio super appellatione ab executionis excessu conceditur in Curia specialiter de excessu; quare omnes aliæ clausulæ ex quibus turbari, impediri, suspendi aut retardari possent in aliquo executio negotii principalis commissi, delendæ sunt prout delentur nam cum ille prætenfus excessus commissionis non repugnet, nec contradicat sententiæ, & executorialibus, commissio hæc, ac per consequens inhibito ejus vigore emananda, & decernenda per secundum executorem, cui diriguntur, venit restringenda, & arcanda ad præstatum excessum dumtaxat citat ad id doctrinam Saliceti. in l. ab executione n. 13. & Bart. in l. ab executore n. 14. quibus adjuget quæ diximus supra cap. 3. 3. p. in princ. à n. 15. cum seq. & sursum facit quod latè supra hac 4. p. c. 3. vers. ac insuper executor, à num. 65. cum seq.

39 Ex eadem doctrina ipsius Marquet. tract. de commissio etiam doctrina ipsius Marquet. tract. de commissio

40 Facit etiam doctrina ipsius Marquet. tract. de commissio

missio. 1. p. cap. 16. à num. 59. fol. 173. ubi dicit, quod quamvis adit Cameralis obligationis executio, tamen ab excessu appellari contingerit, datur commissio simplex, quia est excessus contractum non tangens, nec obligationem prædictam, secundum Bal. in l. 2. in fin. ff. de executione rei jud. Plotus in l. fin. colum. fin. vers. nota, c. de bonis vacant. Bart. in l. ab executore num. 13. ff. de appellat. l. fin. in l. proferendum §. fin. autem num. 25. C. de iudiciis, & quòd excessus executoris quid diversum, distinctum sit, & separatum à commissione, & jurisdictione mandata, probat Castell. à Bobad. in posit. lib. 2. cap. 21. sub num. 69. De quo etiam vide infra cap. 14. à n. 204. cum seq.

Ultimò pro necessario complemento hujus materiæ illud utilissimum non erit omittendum, ad quem namque iudicem erit appellandum ab excessu executionis, ut et tanquam legitime proposita sit undique deferendum; & licet ad princ. hujus c. aliquid obiter tetigimus, tamen in hac difficultate dux conclusiones cum suis illationibus, seu exemplificationibus proponendæ sunt, quæ fundantur in illa doctrina præ oculis habendæ, & ejus iudicis factò & gravamine appellatio prompatur: ut ad illius superiorem sit recurrendum pro illius prosecutione, & gravaminis repositione.

Quo supposito prima erit conclusio, quod si ipse met executor qui tulit sententiam, exequatur, ab ejusque excessu, & gravamine contingat appellari, absque dubio erit appellandum ad eisdem iudicis superiorem, ita post Bar. in l. à dno Pio, §. sentent. Roma. ff. de re jud. & in l. ab executore, ff. de appell. probant Abb. in c. quoad consultationem n. 28. in princ. ff. de sent. & re jud. Rebuff. in tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. n. 3. vers. saluti, tom. 1. folio 378. Scaccia tract. de appellat. quaest. 17. limit. 10. num. 67.

Ex hac verissima conclusione primò inferitur, quòd si ipse iudex non per se ipsum exequatur, sed per suum nuntium, & nudum ministrum, cui dedit certum & limitatum mandatam, nuntius ipse non excedit, sed ad unguem adimpletur, tunc si condemnatus ex mandato senserit se gravatum, à tali gravamine, & excessu erit appellandum, non ad iudicem qui commisit executionem, sed ad ejus superiorem, quia factum per hunc nuntium executorem, tangit iudicem committentem, illique attribuitur, non geritur: quia iste non est qui gravat, sed iudex qui commisit: ita docet Bart. in l. ab executore, colum. 2. ff. de appell. pulchre Rebuff. ubi proximè, sub num. 3. vers. saluti quando, bene etiam probat Ab. Panor. in d. c. quoad consultationem, sub n. 28. vers. primo casu, aut nuntius exequitur, Scaccia ubi proximè sub num. 67. quam doctrinam pulchre temperat Rebuff. ubi proximè d. num. 3. ad fin. ut procedat, quando appellatur à commissione, & specificè à factò ipsius iudicis committentis, secus autem quando simpliciter appellatur ab executore, & nuntio; ideoque debere appellari à commissione & ab inde sequitis, si rectè sit appellandum, advertit Rebuff. ibi, atque etiam testatur, ita censuisse Senatam anno 1540. Novembris quæ doctrina vera est.

Ex eadem conclusione secundò infero, quòd si iudex qui tulit sententiam requirit iudicem alterius territorii, in quo sita est res (juxta ea quæ infra c. 6.) tunc ipse requiritur suo mandato gravet, puta; quia requirit eum, & mandat, ut prius exequatur sententiam in immobilibus, aut iuribus, & actionibus; & tunc si ab hoc gravamine appelletur, debet appellari non ad ipsum remittentem, sed ad ejus superiorem, quia remittens gravat, & ab ejus factò appellatur, tenet Ab. in d. cap. quoad consulti. vers. aut alienus iudex non exequitur, tenet etiam post alios Rebuff. ubi proximè n. 5. Scaccia n. 68. vers. qui gravat iudex requiritur: quia tunc dicitur imploratum auxilium facti, sicque præstando illud non excedit fines auxilii petiti, quare ad superiorem iudicis

iudicis requiritis erit appellandum; qui Doctores illud reddant exemplum, quòd si iudex secularis præstat in executione familiam Episcopo modum excedenti in eadem executione, appellabitur ad Archiepiscopum, vel ad Papam, non autem ad superiorem secularis, &c. quia ipse non gravat, nec à gravamine illato appellatur, tanquam gesto à requisito iudice, sed tanquam à gesto per requirement, cuius imaginem repræsentat; & licet Ab. ubi proximè, dixerit, appellari etiam posse ad superiorem iudicis laici, tamen mihi non placet, nec Scaccia nuper citato, n. 68. in fin.

48 Secunda conclusio sit, quòd quando appellatur à gravamine factò ab executore delegato, seu nuntio, cui commissio est executio sententiæ; puta quia ipse executor excedit fines mandati, tunc ad ipsum iudicem delegantem, seu committentem executionem appellandum est, ita Ab. ubi supra, tradit B. in l. à D. Pio, §. 2. in fin. ff. de re jud. per quem & per l. arbi. secundum unam lecturam, ff. qui scilicet, cog. tenet Rebuff. in tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. n. 2. ubi ita decimum fuisse in facti contingentia, testatur; sequitur Scaccia de appellat. q. 17. limit. 10. sub n. 97. vers. secus si nuntius seu executor. Fel. in c. pastoral. §. prout ea in princ. de off. & potest. iud. deleg. Alex. consil. 95. l. 7. Berol. cons. 32. n. 18. lib. 4. Lanc. Robert. de autent. 1. part. c. 11. limit. 53. à num. 29. & diximus ad princ. hujus cap. ubi alia adduximus in comprobationem hujus conclusionis.

49 Hæc tamen conclusio fallit in iudice requisito pro executione alicujus sententiæ, quia si ipse excesserit fines mandati, & executionis, non ad iudicem requirementem, sed ad superiorem iudicis requisiti gravantis erit appellandum, quia appellatur à gravamine, & factò hujus iudicis exequens iure proprio, non ut delegatus alterius iudicis, ita sic loquitur Rebuff. d. tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. sub num. 14. fol. 378. sequitur Scaccia de appellat. q. 17. limit. 10. n. 68. Rebuff. allegat ad id l. ff. & alios.

50 Sed horum Doctorem assertio ex ratione regulanda erit, ita ut sit amplectenda in casu, in quo militat dumtaxat, nempe quando iudex exequitur iure proprio juxta terminos text. in c. Rom. contrabentes, de for. comp. l. 6. scilicet quando ad illum iudicem sit contractus executio remissa, quia ad illum spectat, quia tunc iure proprio exequitur, quo casu nihil mirum, ut ad ejus superiorem appellatur, ad verò quando iudex, qui tulit sententiam, committit executionem facti iudici alterius territorii, ubi res existit, super qua executio, seu missio faciendæ est, tunc iste iudex sic requisitus dicitur iudex delegatus, & executor sententiæ, & mandati iudicis requiritis, ita expressè probant Joan. Ferrar. in tract. in for. execut. sentent. diffin. sub num. 14. fol. 277. Gratian. disceptat. for. cap. 146. num. 7. Paz in prax 5. part. tom. 1. cap. 2. n. 10. fol. 101. Covar. in præf. quaest. cap. 10. sub n. 7. ad med. cap. 16. sub n. 5. & probat text. in l. à D. Pio, §. sentent. Roma. & §. si super rebus, (qui ab illo dependet juxta mirabilem intellectum traditum à Covarruvia sub d. n. 5. quem vide ff. de re jud. & sic in hoc casu à ratione cessante, dicendum est, ut ab hujusmodi executoris excessu, cum procedat ut delegatus; debeat appellari ad iudicem requirementem juxta quæ dicunt Doctores in conclusione secunda citati, & hanc interpretationem clarè sentit Abb. Panor. in d. c. quoad consultationem num. 28. in fin. & n. 29. camque videtur etiam tenere Patlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 2. p. §. 3. num. 6. dum pro resolutione hujus doctrinæ, se remittit ad d. Ab. ibi, & satis probatur ex his, quæ supra in 2. illatione primæ conclusionis, maxime cum pro hac doctrina juris urget principium, dictans, ut à delegato, sive à Principe, sive ab ordinario inferiori, appellatur ad delegantem, latè prosequitur Scac. de appell. q. 8. à num. 14. cum pluribus seq. cujus articuli resolutio difficilis est.

Salgado de Protec. Reg.

Hæc tamen nostra resolutio uno modo fallit, quando Jdex secularis petens auxilium ab Ecclesiastico pro executione suæ sententiæ, & ipse excedendo interponit auxilium juris, puta excommunicando, quia tunc appellandum est ad superiorem iudicis excommunicantis, ut tenet Ab. Rebuff. Scac. locis proximè citatis, quia tunc ea ratione potest procedere, quia iudex secularis non potest de gravamine excommunicationis cognoscere, nec illud revocare.

CAPUT V.

Quid inter se distent, quoad procedendi modum, executor speciei certæ, & executor quantitatit, juris incorporalis, & executor facti, hoc est, compulsor ad factum præcisum, & an, & quando ab eis absque citatione procedentibus, seu excedentibus, emissa appellationi minimè deferentibus, vis fiat?

SUMMARIUM.

- 1 Executorialium iudicium ab ordine iudiciario etiam summario multum distat.
- 2 Via executiva est summaria, tamen magis accelerata quam simplex summarium iudicium.
- 3 In iudicio summario agitur an debeat, in executivo quomodo solvatur.
- 4 Causa est summaria, ergo executiva: non valet argumentum: causa est executiva, ergo summaria, valet.
- 5 Iudicium cuius sententia exequitur non obstante appellatione non dicitur executivum.
- 6 Citationem in via executiva non requiri qui tenent.
- 7 Citationem in executorialium executione requiri qui tenent.
- 8 Executio quando fit ab eo iudice vel ejus executore suo per eadem re super qua lata est sententia, citationem non requirit.
- 9 Executio ubi est facta rei iudicis aut litigantis condemnati persona requirit citationem præcisam.
- 10 In quolibet iudicio ubi rei aut persona datur mutatio, nova citatio præcisæ est, etiamsi omnes necessaria præcesserint.
- 11 Executio ubi est facta in persona specialiter nominata, in executorialibus citatio an necessaria sit.
- 12 Bona debitoris ubi capiendæ sunt substanda pro executione quantitatis contenta in sententia, requiritur citatio.
- 13 De quo executionis status citatio hæc sit faciendæ, ibidem. Declara ut.
- 14 In executorialium executione pro quantitate debet intimari debitori ut solvat.
- 15 Secus si instrumentum continet tempus determinationem, quia tunc ipse interpellat.
- 16 Executio & ejus acta corrumpunt si omittatur necessaria citatio.
- 17 Ab executore omittente necessariam citationem appellationi emissa esse deferendæ decernit Senatus Regius.
- 18 Executor merus is est cui nudum factum committitur & executio, discussis omnibus quæ apponi poterant executio sententiæ.
- 19 Executor merus si citaverit, non tenetur citatum expellere, quia non potest assumere partes iudicis, & jurisdictionem commissam usurpare.
- 20 Appellationi emissa à citato per merum executorem executorialium quem non tenetur expellere, non erit deferendum.
- 21 Executorialium executiones non eodem modo sed diversimode omnes sententias effectus tradunt.